

ti^o estis, adtendere eos et opprimere oportet, qui in fratres seditiones et
scandala excitant, ne simul cum eis pereatis. Salutate omnes, qui recte
laborant in evangelio Christi et iuste gubernant navem eius. Ne cohabi-
tantes in ea mergantur aut suffocentur. Salutat vos apostolica ecclesia in
domino. Amen.

<C. 9> CUIUS SUPRA EX EPISTOLA TERTIA, UT UITEN- 180
TUR DETRACTIONES ET INIUSTE PULSATIONES.

Alexander episcopus omnibus divino sacerdotio fungentibus pax et mis-
ericordia multiplicetur et sapientia atque voluntas in omnibus augeatur et
fructificetur in domino. Gratia dei, fratres karissimi, sumus id, quod
sumus. Idcirco nobis praevidendum est et oppido decertandum, ne vacui 185
inveniamur. Sed eadem nobis cooperante gratia fructum domino pluri-
mum reportemus. Quod aliter fieri non potest, nisi sapientiam scrutando
eiusque praecepta lectionibus et hymnis meditando atque eo amminicu-
lante implendo, orando, vigilando et voluntatem eius, in quantum ipse 190
largitus fuerit, perficere studeamus. Nec eandem neglegendam gratiam
nobis dominus dedit, sed fideliter exercendam tribuit. Dilectio enim sine
simulatione in nobis esse et apparere^p debet, quia omnis, qui odit fratrem
suum, homicida est. Qui vero diligit eum, in deo manet et deus in eo.
Unde et dominus ait: Nolite iudicare, fratres, in invicem, sed hoc iudica-
te magis, ne ponatis offendiculum fratribus vel scandalum. Et dominus 195
inquit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Et alibi: In hoc cognoscent
omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Et
Salomon ait: Sacrificium salutare est adtendere mandatis et discedere ab
omni iniquitate. Summa enim iniquitas est fratres detrahere et accusare.
Unde scriptum est: Omnis, qui detrahit^q fratrem suum, homicida est. Et 200
omnis homicida non habet partem aut hereditatem in regno dei. Et alibi:
Cavete vos, fratres karissimi, ne participes efficiamini, quod absit, malis

o) -tituti Beginn fol. 4^v B.

p) korr. aus aparere B.

q) Beginn fol. 5^r B.

<C. 9> 180-204 Ps.-Alexander (JK † 26) c. 16-17, mit teilweise frei formulierter
Inskription und Aufnahme der Rubrik. Ed. HINSCHIUS S. 104 Z. 1-24; ed. SCHON
019.htm. Darin 194 Rom. 14, 13; 196 Tob. 4, 16; 196 Ioh. 13, 35; 197 Eccles. 35, 2;
200 1. Ioh. 3, 15; 201 Eph. 5, 5; 202 vgl. Eph. 5, 7. Die beiden c. sind auch im Pitt
Hinkmars von Laon vorhanden (c. 1), ed. SCHIEFFER, Streitschriften S. 65 Z. 23 -
S. 66 Z. 4.

Abweichungen: 178 vos omnis PsIs. 180-181 EX DECRETIS ALEXANDRI
PAPAE, QUI FUIT QUINTUS POST PETRUM Pitt. 183 bona voluntas PsIs;
Pitt. 184 sumus¹ steht vor fratres PsIs. 185 ne in ea vacui PsIs. 193 Qui enim
Pitt. 194 apostolus ait PsIs; Pitt.